

1528. ultimis Junij 26.

795

Petrus Tomicki, Joanni de Tarnow palatino Russiae, exercituum regni capitaneo generali.

Magnifice domine frater et consanguinee
charissime ac honorandissime. Nobilis Vladisla-
us Miloschewski habet actionem cum quibus-
dam nobilibus adversariis suis coram iudice
Castrensi Sandomiriensi, quem propter
filium suum, quem in seruitio nostro conti-
nuo fovemus, charum et commendatum ha-
bemus, et ideo vestram magnificentiam ro-
gamus, dignetur eundem Vladislaum sibi
habere commendatum, et efficere, ut ipse in
iudicio vestre magnificentie cum adversariis
suis predictis iustitiam suam consequi pos-
sit, penas vero si quas per negligentiam
incurrit, aut in illis condemnatus est, roga-
mus vestram magnificentiam, ut ei condona-
re, et ab ipsis illum absolvere velit, quo fa-
ciet vestra magnificentia rem nobis gratam,
quam illi vicissim gratificatione nostra, et
omnibus amicitie officijs referre studebimus,
et cupimus illam felicissime et diutissime
valere. Datum in Bodzanryn feria sexta pro-
xima post festum sancti Joannis Baptiste
anno Domini 1528.

Deus... de...

Magnificis... de... et...